



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangeliō depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

Meditatio 45. De quinto Christi verbo in cruce: Sitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](#)

356. MEDITATIONES

seruire, scientes eo tempore actiones no-  
stras, et si maiore cum labore & difficul-  
tate peragantur, plus mereri, quam si cum  
dulci animi sensu & consolatione pera-  
ffent.

---

MEDITATIO  
QUADRAGESIMA QUINTA.

DE QVINTO CHRITI  
verbo in cruce:  
Sitio.

EVANGELIVM.

Iean. 19.  
Matt. 27.  
Marc. 15.



OSTEA sciens Ie-  
sus, quia omnia con-  
summata sunt, ut co-  
summaretur Scriptu-  
ra dicit: Sitio. Vas er-  
go positum erat aceto plenum. Et  
continuo currens unus ex eis, acce-  
ptam spongiat, impleuit aceto, &  
imposuit arundini, & obtulit ori  
eius.

ei⁹ ut biberet, dicens: videamus an  
veniat Helias liberans eum.

F I G V R A.

S A M S O N stratis Philistais, cum Iudic. 15.  
sui deficeret, conuertit ⁊ ad De-  
minum, dicens: Siti morior.

P R O P H E T I A E.

I N siti mea potauerunt me aceto: Psal. 68.  
Aruit tanquam testa virtus mea, & Psal. 21.  
lingua mea adhuc sit fauibus meis, & in  
puluerem mortis deduxisti me.

C O N S I D E R A T I O N E S.

N A T U R A L E est ijs, qui vicini sunt  
ad moriendum, vt acri siti laborent,  
quanta ergo siti laborauerit morti vici-  
nus Iesus benedictus, fons ille exsicca-  
tus, per sanguinem effusum, per sparsas  
lacrymas, tot fatigatus laboribus, nem-  
inem puto mente posse concipere: quan-  
do nec vlla res creata tantos dolores suf-  
ferre potuisset. Quām grauiter putamus  
illa voce, Sitio, vulneratum cor Virginis;  
cūm dilectum Dei ex suum filium, in  
tantis angustijs mori videret, cūm audi-

i. Punctū.

Q

ret

ret eum tam miserabili sono petere bibere; ipsi vero in mentem veniret, quanto gaudio & consolatione animi de suo pectore lac praebuerit, cum modo vel gutta aquæ careat, quæ sitis ardorem restinguat. Cogita quo dolore se ipsa confecerit, Filium alloquens: O dulcis fructus ventris mei, ô thesaure carissime cordi meo, quomodo te mihi sublatum video, vt te non possim tangere, & videntis iam te mori in tantis angustijs, no possum quicquam opis afferre, ne aquæ quidem pauxillū praebere, ad faucium siccitatem irrigandam? Fili mi, bibe me ipsam Matrem tuam liquefactam, & dissolutam dolore tuorum multitudine dolorum: bibe me totam in lacrymas conuersam, vt viua sim in corde tuo, & in me ipsa mortua.

Considera, quām patienter tulerit Christus extremo illo tempore pauxillum aquæ sibi, ardenti siti leuandæ esse, & sanè grauis erat molestia, tam necessaria refrigeratione carere; sed grauius multò, quod impij milites huius refrigeri loco, porrigerent id, quod cruciatu & ludibria augeret, vt antea fel, ita nunc acetum. Ah miseram cænam, quam tibi, Domine mi, extremam in cruce parvunt peccata mea? Compatere anima

DE PASSIONE DOM. 359

mea Regi cælorū, qui cùm tam largiter  
prouidisset rebus omnibus, tibi maxi-  
mè ingratissimè, de omnibus ad susten-  
tationē necessarijs: sibi ipsi nihil prouidit,  
sed in summa egestate mori voluit.

Quomodo tantā sitim fers bone IESV?  
quis te seccauit, fons aquæ viuæ? An nō *Ioan. 7.*  
tu es ille qui clamabas: *Si quis sit, ve-*  
*niat ad me & bibat?* Aliorū sitim extin-  
guis, tu siti moreris? Non tu es ille, q. Sa-  
maritanæ dicebas, habere te aquā viuā,  
equa si quis biberet, nō sitiret in eternū?  
Sanè Domine mi, sed voluisti boni Pe-  
licani instar, teipsum exhaustire, vt filijs  
opē ferres, & tua siti nostrā extinguere.

Considera præter sitim corporis aliam  
longè vehementiorem fuisse in animo  
Saluatoris nostri, ardens videlicet desi-  
derium salutis nostræ. Triginta tribus  
annis, benignissimus Iesus laborauerat,  
fugitantes nos insecurus erat; vocans  
nos, conciones instituerat vt reduceret  
nos ad viam salutis, & nunc extremo  
vitæ pñè momento fessus & siti ari-  
dus, sitire se clamat. Sitiebat vt nos illi  
auscultaremus, & relictis peccatis ad  
ipsum conuerteremur: sitiebat, vt nos  
situremus virtutes bona spiritualia, &  
fonte viuum cælestis gratiæ. Iesu bone,  
habes spinas, quæ tibi caput transfigant;

Q 6

habes

160 MEDITATIONES

habes clavos, quibus manus pedesq; la-  
cerentur, non dolet tibi crux, vulnerum  
obliuisceris, de sola siti cōquereris. Mu-  
ltò scilicet vehementius cruciabat te siti  
redemptionis nostræ, quam crux, quam  
omnia corporis supplicia. Flama amo-  
ris, Domine, intus accenderat viscera  
tua, & fauces siccauerat. Hæc effecit, vt  
dum Iudei cum Ethniciis, tuum sangu-  
inem sitientes, mortem tibi afferunt, tu  
illorum salutē sitiens tua morte vitam  
illis largiaris.

Ex hac siti salutis nostræ, oriebatur  
in Christo tertia quædam siti poena-  
rū & tormentoru. Cùm enim incre-  
dibili arderet desiderio salutis nostræ  
(quod excitabatur, tum ipsius erga nos  
infinito amore, tum gloria, quæ ex sa-  
lute nostra ad Patrem redditura erat,) vi-  
deretq; homini per passionem, salutem  
restitui, per eandem glorificari Patrem:  
infinita siti ardebat patiendi. Itaq; cùm  
exiguas putaret poenas adhuc toleratas,  
Situs, clamabat, quasi diceret: Pater quz  
pro salute mundi mihi imperasti, om-  
nia perfeci, & iam me vita deficit. Opta-  
rem, si fieri posset in hac cruce protu-  
gloria semper pendere. Exiguus est ca-  
lix, quem dedisti mihi, si ad sitim meam  
spectes, omnes aquæ & flumina poen-

Cant. 81.

mm & cruciatuum non possunt eam  
extinguere. Itaque Saluator pœnarum  
audius & cruciatuum in cruce pendens:  
quemadmodum sponsa (vt est in Can-  
ticis) teneritudinem amoris sui volens  
exprimere dicebat: *Fulcite me floribus.* Cant. 2.  
*Stipate me malis, quia amore languo:* Sic  
ille sponsus, cupiens explicare vehemen-  
tiam amoris sui, erga spōsam suam, hu-  
manam naturam, & ardens desiderium  
pro ipsa patiendi, yidebatur dicere: *Ful-  
cite me cruce, stipate me spinis & clavis,*  
*quia amore languo.*

## COLLOQUIVM.

**R**OГA BIS Christum D. N. per il-  
lum amorem, quo tui amore gusta-  
revolut in cruce acerbam illam potio-  
nem, dignetur in cor tuum immittere  
ardentem amoris sui sitim, qua contem-  
nens humanas omnes consolationes, si-  
tias & desideres ipsum solum fontem a-  
quæ viuæ, qui solus possit sitim tuam  
restinguere. Præterea ut gratiam tibi con-  
cedat, qua cupidè accipias & bibas ipsius.  
amore calicem tribulationum, & rerum  
in hac vita aduersarum, sic planè, vt quæ  
amara sunt tibi, fiant dulcia; quæ acerba,  
sua via. Sicut & ipsi Dulce & suaue visum  
est, quicquid pro te in cruce perpess⁹ est.

Q 7 DO-

392 MEDITATIONES  
DOCVMEMTA.

1. DE BEMVS & nos sicut Christi  
sitire, ardentes, zelo animarum  
& desiderio gloriae Dei.
2. Si Christus cor nostrum sicut, cure-  
mus vixit illud, sine alterius pertur-  
bationis aut amoris terreni admixtione,  
ei tradamus, ne a nobis, quemadmodum  
a Iudeis, acetum ei praebatur.
3. Gustandi tantum, id est ferendi sunt  
mores peruersi & dogmata falsorum Chri-  
stianorum: non bibendum, id est, imitan-  
dum, sicut Christus, cum gustasset acetum,  
noluit bibere.
4. Acetum dant Christo, qui egentibus.  
pessima largiuntur, aut eos verbis asperè  
& inique excipiunt.
5. Mundo vinum bonum, Christo ace-  
tum dant, qui ut suas cupiditates satient,  
& hominum voluntates sibi concilient,  
aut in honore vel lucro adipiscendo omnes  
curas cogitationesq; consumunt, non tem-  
pori, non labori parcentes. At in rebus ad  
salutem spectantibus tepidi sunt & neg-  
ligentes, neque quicquam pari, neq; sum-  
tus aut damni quicquam ferre sustinent.
6. Bona opera sua Christo in cuspidi a-  
rundinea offert (ut milites spongeam ac-  
to plenam obtulerunt) qui in ipsis hominum  
gloriam & mundi honores spectat.

y. Si

1. Si quando contingat nos famem &  
stum pati, gaudemus, quod aliqua se  
nobis imitandi Christi offerat occasio, qui  
hac ipsa pro nobis passus est in cruce.

---

## MEDITATIO QUADRAGESIMA- SEXTA.

DE SEXTO CHRISTI VER-  
bo: Consummatum est.

### EVANGELIVM.

CVM ergo accepisset Iesus ace- *Ioan. 19.*  
tum, dixit: Consummatum est.

### FIGVRA.

C O M P L E V I T Deus die septi- *Gen. 2.*  
mo opus suum, quod fecerat.

### PROPHETIÆ.

S FPTVAGINTA Hebdomades ab- *Dan. 9.*  
breuiata sunt super populum meum, &  
super urbem sanctam tuam, ut consum-  
metur prævaricatio.

Con-